

Quando in defectu, dicitur *Pasillanimitas*, *μικροψυχία*, quā nos etiam  
iis honoribus, qui tamen nobis iure debentur, indignos iudicamus, unde  
maxima quoq; oriuntur incommoda. Exinde enim fit, ut & actio-  
nes virtutis negligantur, per quas honorem consequi possemus; &  
nos ipsos suspectos reddamus, quasi sceleris alicujus conscii hono-  
res debitos aversemur. §. 5. Est autem, ubi hoc non semper fiat, nam **Humili-**  
quandoq; hæc omnia aliquis agit, quæ maximo honore digna sunt, **tas.**  
& tum nihilo tamen minus honorem contemnit, ubi *contemptus ille*  
*honoris non est vitium, sed heroica quadam modestia*, quæ à Theologis  
*Humilitas* appellatur b.

§. 1. Quod autem ulterius *Modestiam* attinet, quæ dicitur Ari- **C.**  
stoteli *μεσότης ἢ ἁπλὴ περὶ τιμῆν ἀνώγου* Ⓞ, quandoq; (1) idem est ac **mod-**  
*Pudor, Verecundia & quævis animi Moderatio in loquendo, gaudendo, stia.*  
*incedendo, stando &c.* in quem c sensum à quibusdam dicitur *virtus* **ουανυ-**  
*gestum & vestitum corporis moderans:* quandoq; etiam (2) sumitur pro **μία**  
*humilitate*, ut opponatur *Superbiæ*: sed (3) hoc loco sumitur pro eà  
*virtute, quæ circa honores mediocres occupata est*, ut in universum **Diffe-**  
*destia tantum distet à Magnanimitate, quantum Liberalitas dista-* **rentia**  
*bat à Magnificentia.* §. 2. Est ergo *Modestia* ejusmodi *Virtus, quæ ser-* **Defini-**  
*vat mediocritatem in parvis honoribus debito modo expetendis:* ut **tio**  
*destum* appellemus illum, qui *in mediocribus honoribus sic se gerit prout*  
*debet & honestum est.* §. 3. Et juxta has virtutes *licitum est honores debi-* **Objectū**  
*tos & iustos appetere, qui sunt vel Politici vel Scholastici* d, ut alibi do-  
cetur: *Prohibitum verò est nimios appetere, quia meritum & conditio-*  
*nem nostram excedunt.* §. 4. Ex quibus facile patet etiam in hoc ha- **Oppo-**  
bitu **sita.**

quos conscios haberet, respondit, nihil unquam se domi nisi nutu aut manu  
significasse, vel si plura Demonstranda essent, scripto usum, ne vocem conso-  
ciaret. *Vide autem, si vacat, quàm egregia de hoc vitio collegerit Alstedius lib. XXI.*  
*Encyclop. cap. 12. de Modest. b Ipse sanè Cicero inquit lib. 1. Offic. cap. 19. Quanto*  
*superiores sumus, tanto submissius nos geramus. Vide Christian. Matthia lib.*  
*III. System. Ethici Exercit. de Magnanim. Brochmand de Lege cap. ult. casu consci-*  
*ent. 6. Gultii disp. Ethic. II. q. 1. c ad quem sensum possit reduci illa vocis Mode-*  
*stus acceptio, quam tradit ex Tacito Clapmarus lib. 2. de Arcan. Imper. cap. 17. d*  
*Vide Prator, Philos. Pract. part. special. sect. 7. puncto 4. Thom. Sagittar. Disput.*